



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

VI. Quadraginta annorum praescripto servatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.
* Ephesi-
mus

na possidere, cum bonæ fidei possessor dici non possit.* Euphegius enim legislator, solum propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali & quadragenali possessioni vigorem legis imposuit: nobis autem in rebus tam cognitis quam latentibus placuit non habere vigorem.

CAP. VI. *Item Gregorio Syracusano episcopo.*

Ne religiosorum virorum corda ecclesiasticarum rerum contentio a mutua, quod absit, caritate disjungat, magna est sollicitudine studendum, vt facillimum finem res possit in altercationem deducta percipere. *Et infra:* Hortamur ergo, vt ad loca prædicta, de quibus contentio est, debeatis accedere, & vtraque parte constituta, cominus loca quæ in lite sunt, vestra faciatis præsentia terminari, 40. tamen annorum ab vtraque parte seruata præscriptione.

CAP. VII.

Sanctorum patrum auctoritas & humanæ leges irrefragabiliter constituentibus confirmauerunt, & nos in præsentem Concilio cum omnibus, qui adsunt nobiscum, inuiolabiliter confirmamus, vt omnes possessiones ad singulas prouincias nostrorum fratrum pertinentes, a quibus per triginta annos possessæ sunt quiete & secure, absque synodali proclamatione, perpetuo detineantur, nullaque vox audiendi alicui aduersario concedatur.

CAP. VIII.

Idem Urbanus III. de Nouo loco & de Turgam prioribus.

Super eo vero quod apud vos intelleximus dubitatum, scilicet, an quod de finibus & his quæ finibus cohærent non præscribendis, statutum per Canones esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus, sicut in prouincialibus admittendum: illud vobis duximus respondendum, quod bene videtur in vtroque seruandum, si parochiarum fines legitima probatione vel alias indubitata fide constiterit ecclesiastica ordinatione constitutos.

Concil. Tom. 27.

Rrrr